



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 22. Alia epistola Erasmi ad Lutherum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

Sæcul. XVI., Media equidem, quibus, ut fertur,  
A.C. 1519. Catholici Lutherò invidiam creare ni-  
 tuntur, haud approbo, cetera tamen,  
 cum hic vir mihi sit incognitus, ejus  
 scripta nec laudare nec vituperare va-  
 leo; non enim ea hucusque perlegi;  
 mea tamen opinio est, minime consul-  
 tum esse, quod tanta vi in eum insur-  
 gatur, præcipue, postquam se illorum,  
 quibus rem decidere competit, judicio  
 submisit, præterea nullus hucusque ei-  
 dem veritatem perspicue demonstravit,  
 ac nonnulli potius hujus viri exitium,  
 quam salutem querere videntur, cum  
 tamen non omnis error possit hæresis  
 appellari, quippe in veterum, & re-  
 centiorum Scriptorum libris errores  
 reperiuntur; non raro enim circa quas-  
 dam opiniones diversi diversa sentie-  
 bant, denique magis expedit viam  
 lenitatis quam severitatis adhibere,  
 ex ipsa etiam Leonis X. summi Ponti-  
 fícis sententia, de cetero, si Lutherus  
 innocens esse comprobatur, tuarum  
 partium est, Princeps serenissime, il-  
 lum etiam contra ejus adversarios tu-  
 eri. ,

## §. XXII.

*Alia Epistola Erasmi ad Lutherum.*

L. 6. ep. 4. **H**oc item anno Erasmus epistolam ad  
 Lutherum perscripsit hanc in sen-  
 ten-

tentiam: *Nullo sermone confequi possum*, Sæcul. XVI.  
*quas tragædias hic Lovanii excitarint tui* A.C. 1519.  
*libelli: ne adhuc quidem ex animis istorum*  
*revelli potest falsissima suspicio, tuas lucu-*  
*brationes meis auxiliis esse scriptas: tantum*  
*te admonitum volo, quod immanes feræ man-*  
*suecant officiis, mihiique videtur plus profi-*  
*ci civili modestia quam impetu.* Nihilomi-  
*nus tamen videtur: „ Quod Erasmus*  
*„ Lutheri calatum timuerit; cum enim*  
*„ effictim rogaretur, ut ejusdem erro-*  
*„ res scripto refelleret, in quadam epi-*  
*„ stola hæc respondit: non mea interest*  
*„ litem ab aliis excitatam sopire, potius*  
*„ illi, qui hanc telam exorsi sunt, ean-*  
*„ dem etiam finire studeant, nec ulla*  
*„ etiam occurrit ratio, ob quam mihi*  
*„ præ ceteris illius errores confutare*  
*„ magis incumbat, cum potius illi, qui*  
*„ primi eundem in suis sermonibus la-*  
*„ cessiverunt, adversus eum calamos*  
*„ suos acuant. Insuper indignum mihi*  
*„ videtur, quod contra virum jam con-*  
*„ demnatum, necnon contra libros pub-*  
*„ lice combustos scribam, nec etiam ex-*  
*„ pedit, ut magis magisque concitetur*  
*„ mordax illa lingua, quæ unice inten-*  
*„ ta est, ut dictoria in suos adversarios*  
*„ evomat, minus etiam consultum est*  
*„ virum, qui plurium Germaniæ Princi-*  
*„ pum præsidio suffultus est exacerbare,*  
*„ nec abs ratione fors mihi objectari pos-*

F f 3

„ set,

Sæcul. XVI., set, quod de Leone jam occiso ac pro-  
A.C. 1519. strato triumphum reportare voluerim;  
,, denique Lutheri scripta confutari ne-  
,, queunt, ni saltem una vel altera vice sue-  
,, rint relecta; id vero temporis angustiæ  
,, mihi haud permittunt, cum ægre pro-  
,, prius meos ingenii partus secundis cu-  
,, ris elaborandi spatium supersit. ,,

Ceterum Erasmus, quamvis adeo  
indulgenter cum Luthero egerit, nihilo-  
minus illius errores, furoremque dete-  
stabatur, quamprimum de insana illius  
rabie certior factus fuerat.

### §. XXIII.

#### *Quidam Religiosi Lutherum confutant, ejus apologia.*

Non eadem moderatione, qua Era-  
mus, quidam Religiosi ex Ordine  
FF. Minorum erga Lutherum utebantur;  
cum enim Ecclesiæ fidem ab eo impug-  
nari cernerent, vehementiori stylo il-  
lum infectabantur, atque editis libellis  
præcipue hunc hæreticum accusabant in  
eo, quod Ecclesiam universalem in gene-  
ralibus Conciliis repræsentari negasset,  
simulque docuisset, quod nec Papa Chri-  
sti Vicarius, nec D. Petrus Apostolorum  
Princeps esset. Eadem etiam exprobra-  
bant, quod tradidisset, Canones nonni-  
ad satiandam summorum Pontificum, ac  
cete-